

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1205

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

sincero affectu civitas Argentina serviciis nostris se exposuit et qualiter per evidentissima obsequiorum suorum merita regie maigestatis gratiam et favorem perpetuum sibi obligavit, ad communem utilitatem civitatis Argentine pariterque honorem in evum promovendum gratiosum favorem nostrum duximus imperciendum, ut exemplo retributionis ejus, quam pro serviciis suis memorate civitati impertiti sumus, alie quoque civitates imperii proniori voluntate ad servicium nostrum accendantur. notum sit inquam omnibus tam presentis etatis quam in evum successure posteritatis hominibus, quod nos sepe dictam civitatem cum omnibus ejus incolis sub specialem regie maigestatis tuicionem recipientes de liberalitate regia hoc ipsi civitati indulgemus et in evum confirmamus, ut, ubicunque vel ipsi burgenses vel etiam quicunque ipsius civitatis cives per totam provinciam Alsatie proprietates aliquas sive quascunque possessiones habuerint, ut nemini licitum sit, de hiis proprietatibus sive possessionibus vel etiam eorum hominibus servicium aliquod accipere vel exigere vel etiam cujusquam precarie sive exactionis onus eis imponere^a, quoniam nos dictam civitatem cum omnibus ejus pertinentiis tam intus quam extra ad speciale obsequium imperii decrevimus reservare¹, statuentes et regio edicto districte precipientes, ut nulli unquam persone alte vel humili, ecclesiastice vel secculari hanc nostre donationis seu confirmacionis divalem paginam licitum sit infringere vel etiam aliquo improbitatis ausu ei obviare, quod qui facere presumpserit, 30 libras auri componat, medietatem fisco nostro, residuam vero medietatem injuriam passis. ut autem hec concessio sive confirmatio nostra inviolabiliter ipsi civitati observetur, presentem exinde paginam conscribi jussimus et regie maigestatis karactere consignari. testes hujus rei sunt: Cunradus Spirensis episcopus², comes Sigebertus, Albertus de Entse, Hermannus de Mârchtorf, Heinricus camerarius de Ravenspure, Eberdus pincerna de Tanne, Reinhardus de Lutra et alii quam plures.

: Signum domini Philippi secundi Romanorum regis invictissimi. : (M.)

Actum apud Hagenō anno dominice incarnationis 1205, regnante domino Philippo Romanorum rege gloriosissimo anno regni ejus 8.

Ego Cunradus Ratisponensis episcopus³ et regalis aule cancellarius recognovi.

Datum apud Hagenō 17 kalendas augusti, indictione 8.

S aus Straßb. St. A. AA art. 1 nr. 3 or. mb. c. sig. pend. delapso. Die älteste im Original erhaltene Urkunde des St. A.

Gedruckt ebendarnach bei Obrecht Als. rer. prodr. p. 300 = Schüller Königh. S. 733 (stückw.); Wencker Disqu. de ussburg. p. 2 = Lünig XIV, 1, 725 = Laguille pr. p. 31; Schöpflin Als. dipl. I, 311 nr. 371. — Böhmer nr. 68.

a) S imponere.

¹ Vergl. K. Zeuner *Die deutschen Städtesteuern im 12ten u. 13ten Jahrh.* S. 103. K. W. Nitzsch *Ministerialität u. Bürgerthum* S. 394 bezieht die Abgabefreiheit der außerstädtischen Besitzungen auf die Hof- und Heersteuer. A. Heusler *Der Ursprung d. deutschen Stadtverfassung* S. 217 ff. sieht darin die Begründung der reichsunmittelbaren Stellung Straßburgs.

² Konrad III von Scharfenberg Bischof von Speier, 1200—1224.

³ Konrad IV von Taispach Bischof von Regensburg, 1204—1227.